170
G
36

CICERO

SOMNIUM SCIPIONIS.

DAV. PAFFROED

1489.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

~~60.~~ 170.
g. 36

GW. 6910
CA. 437

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

M.T.C. liber de ſomnio ſcipionis et Paradoxa.



Koninklijke Bibliotheek 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

M. T. Ciceronis de ſomno Scipionis li-
bellus ex vi. de rep. libro exceptus incipit.

Cum in Africam veniſſem. A. Manilio cō
ſule ad quartam legionem tribunus vt ſci-
tis militum. nihil mihi potiꝰ fuit ꝙ̄ vt Ma
ſiniſſam cōuenirem regem familiæ noſtræ
multis de cauſis amiciſſimū. Ad quem cum veni. com-
plexus me ſenex collachrymauit. aliquātoqꝫ poſt ſuſpe
xit in cœlum. ⁊ grates tibi ago inquit ſumme ſol. vobis
qꝫ reliqui cœlites. ꝙ anteꝙ̄ ex hac vita migro conſpicio
in regno meo. ⁊ his tectis. P. Cornelium Scipionē.
cuius ego nomine ipſo recreor. Itaqꝫ nunꝙ̄ ex animo
meo diſcedit illiꝰ optimi atqꝫ inuictiſſimi viri memoria
Deinde ego illum de ſuo regno. ille me de noſtra repu.
percōctatus eſt. deinde multis verbis vltro citroqꝫ ha
bitis ille dies nobis cōſumptus eſt. Poſt autem regio
apparatu ſuſcepti ſermonem in multam noctem ꝑduxi
mus. cum ſenex nihil niſi de Africano loqueretur. om-
niaqꝫ eius non facta ſolum. ſed etiam dicta meminiſſet.
Deinde vt cubitū diſceſſimꝰ. me et de via. ⁊ qui ad mul
tam noctem vigilaſſem. arctior quam ſolebat ſomnus
complexus eſt Hic mihi (Credo equidem quod eramus
locuti. Fit enim fere vt cogitationes ſermoneſqꝫ noſtri
pariāt aliquid in ſomno tale quale de Homero ſcripſit
Ennius. de quo ſæpiſſime vigilans ſolebat cogitare at
qꝫ loqui) Africanꝰ ſe oſtēdit ea forma quæ mihi ex ima
gine eius quam ex ipſo erat notior. Quem vbi agnoui
equidem cohorrui. Sed ille ades inquit animo. ⁊ omit-
te timorem Scipio. ⁊ quæ dicam trade memoriæ Vi-
des ne vrbem illam quæ parere populo romano coacta
per me renouat priſtina bella. nec poteſt quieſcere. Oſtē
debat autem carthaginem de excelſo ⁊ pleno ſtellarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

illuſtri ⁊ claro quodam loco. ad quam tu oppugnādam
nunc venis pene miles. hāc hoc biennio conſul euertes.
eritqꝫ cognomen hoc tibi per te partum. quod habes ad
huc ex nobis hereditarium. Cum autem carthaginē de
leueris. triumphum egeris. cenſorqꝫ fueris. ⁊ obieris le
gatus ægyptum. Syriam. Aſiam. Græciā deligere ite-
rum abſens conſul. bellumqꝫ maximum conficies. nu-
manciam excides. Sed cum eris curru capitolium in-
uectus offendes remp. conſilijs perturbatam nepotis
mei. Hic tu Africane oſtendas oportebit patriæ lumē.
animi. ingenij. conſilijqꝫ tui. Sed eius temporis ancipi
tem video quaſi fatorum viam. Nā cum tua ætas ſep-
tenos octies ſolis anfractus rediensqꝫ cōuerterit. duo-
qꝫ cum hi numeri quorum vterqꝫ plen⁹ alter altera de
cauſa habetur. circuitu naturali ſummā tibi fatalem cō
fecerit. in te vnum atqꝫ tuū nomen ſe tota cōuertet ci-
uitas. te ſenatus. te omnes boni. te ſocij. te latini intue-
buntur. tu eris vnus in quo nitat̄ omnis ciuitatis ſal⁹
ac ne multa. dictator remp. conſtituas oportet. ſi impi-
as ꝓpinquorum manus effugeris. Hic cum exclamaſſꝫ
Lælius. ingemuiſſentqꝫ cæteri vehemētius. leuiter ar
ridēs Scipio et quæſo inquit ne me a ſomno excitetis
Et pax ſit rebus. Audite cætera. Sed quo ſis Africa-
ne alacrior ad tutādam remp. ſic habeto. omnib⁹ qui pa
triam cōſeruauerint. adiuuerint. auxerint. certum eſſe ī
cœlum definitum locum vbi beati æuo ſempiterno fru
antur. Nihil eſt em̄ illi pricipi deo qui omnem mundū
regit quod quidē in terris fiat acceptius q̄ꝫ conſilia cœ
tuſqꝫ hominum iure ſociati. quæ ciuitates appellantur
Harum rectores ⁊ cōſeruatores huc profecti huc reuer
tunt̄. Hic ego ⁊ ſi eram perterritus nō tam metu mor-
tis quam inſidiarum. a meis q̄ſiui. viueret ne ipſe et pa
ter Paul⁹ ⁊ alij quos nos extinctos eſſe arbitraremur
Immo vero inq̄t hi viuūt. qui e corporum vinculis tāq̄

e carcere euolauere. veſtra vero que dicitur vita mors
eſt Quin tu aſpicias ad te venientem Paulum patrē
tuum. quem vt vidi equidem vim lachrimarum profu
di. Jlle autem me amplexus atqꝫ oſculans flere prohi
bebat. Atqꝫ ego vt primum fletu repreſſo loqui poſſe
cœpi. queſo inquam ſanctiſſime atqꝫ optime. quoniam
hęc eſt vita vt Affricanum audio dicere quid moror in
terris. quin huc ad vos venire propero. Non eſt ita in
quit ille. niſi enim cum deus is cuius templum eſt hoc
omne quod conſpicis iſtis te corporis cuſtodijs libera
uerit. huc tibi aditus patere non poteſt Homines autē
hac lege ſunt generati qui tuentur illum globum quem
in medio hoc templo vides. quę terra dicitur. his ani
mus datus eſt ex ſempiternis ignibus illis. quę ſidera
et ſtellas vocatis. quę globoſę et rotūdę diuinis anima
tę mentibus circulos ſuos orbeſqꝫ perficiūt celeritate
mirabili. Quare et tibi Publi et pijs omnibus retinē
dus eſt animus in cuſtodia corporis. nec iniuſſu eius a
quo ille nobis datus eſt ex hominum vita migrandum
eſt. ne munus humanum aſſignatum adeo defugiſſe vi
deamur. Sed ſic Scipio vt auus hic tuus. vt ego qui
te genui iuſticiam et pietatem cole. quę cum magna in
parentibus ⁊ propinquis. tum ī patria maxima eſt. Ea
vita via eſt in cœlum. ⁊ in hūc cœtum eorum qui iam
vixerunt. ⁊ corpore laxati illum incolunt locum quem
vides. Erat autem ſplendidiſſimo candore inter flam-
mas circulus elucens. quem vos vt a graijs accepiſtis
orbem lacteum nuncupatis. Ex quo omnia mihi contē
planti preclara cętera ⁊ mirabilia videbantur. Erant
autem hę ſtellę quas nunq̄ ex hoc loco vidimꝰ. ⁊ hę ma
gnitudines omnium quas eſſe nunq̄ ſuſpicati ſumus.
ex quibus erat ea minima quę vltima a cœlo. citima ter
ris luce lucebat aliena. ſtellaꝝ autē globi terrę magni-

tudinē facile vincebāt. Jam ꝟo ipſa terra ita ꝑua mihi
viſa eſt. vt me īperij nr̄i quo q̄ſi eius punctū attingimꝰ
penitēt. Quā cū magis intuerer. queſo inq̄t Africanꝰ
quouſq3 humi tua mens defixa erit. Nōne aſpicis q̄ in
tēpla veneris. ⁊ nouē tibi orbibꝰ vel potiꝰ globis ꝯnexa
ſunt oīa. quoꝝ vnꝰ cęleſtis ē extimꝰ. que reliq̄s oēs com
plectit̄. ſummꝰ ipſe eſt deꝰ arcens ⁊ cōtinēs cunctos in
quo ſunt infixi illi q̄ voluūtur ſtellaꝝ curſus ſempiter-
ni. cui ſubiecti ſeptē qui ꝟſant̄ retro ꝯtrario motu atq3
cœlū. Ex quibꝰ vnū globū poſſidet illa quā in terris ſa
turniā vocāt. Deinde eſt hoīm generi ꝓſperus ⁊ ſaluta
ris ille fulgor q̄ dicit̄ iouis tum rutilus horribiliſq3 ter-
ris quē martiū dicitis. deinde ſubter mediā fere regio-
nem ſol optinet dux ⁊ princeps ⁊ moderator luminum
reliquoꝝ. mens mūdi ⁊ tꝑatio. tāta magnitudie. vt cū
cta ſua luce luſtret ⁊ cōpleat. Hūc vt comites cōſequū
tur veneris alter- alter mercurij curſus In infimoq3 or
be luna radijs ſolis accēſa cōuertit̄. Infra āt iam nihil
eſt niſi mortale ⁊ caducū. pręt aīos munere deoꝝ hoīm
generi datos. Supra lunā ſunt oīa ęterna. Nā ea q̄ eſt
media ⁊ nona tellꝰ. neq3 mouet̄ ⁊ īfima eſt. ⁊ ī ea ferunt̄
oīa nutu ſuo pōdera. Quę cū intuerer ſtupēs vt me re
cepi. q̄d inquā: quis eſt q̄ cōplet aures meas tātus ⁊ tā
dulcis ſonꝰ. hic ē inq̄t ille q̄ interuallis cōiunctꝰ impꝑibꝰ
ſ3 tū ꝑ rata ꝑte rōne diſtinctis īpulſu ⁊ motu ipſoꝝ or
biū efficit̄. ⁊ acuta cū grauibꝰ temperās varios ęquabi-
liter cōcentꝰ efficit. nec eni ſilētio tāti motꝰ incitari pn̄t
Et natura fert. vt extrema ex altera ꝑte grauit̄. ex alte
ra autem acute ſonēt. Quā ob cauſam ille ſummꝰ cœli
ſtellifer curſus. cuiꝰ cōuerſio eſt cōcitatior acuto. ⁊ exci
tato mouet̄ ſono. ḡuiſſimo āt lunaris atq3 īfimꝰ Nam
terra nona īmobil' manēs ima ſede ſemꝑ hęret cōplexa
mediū mūdi locū Illi āt octo curſus in q̄bꝰ eadē vis eſt

modoꝝ.ſeptẽ efficiũt diſtinctos ĩteruallis ſonos q̃ nu-
merꝰ oĩm reꝝ fere nodus ẽ. Qđ docti hoĩes neruis imi-
tati atqꝫ cãtibꝰ aperuẽ ſibi reditũ in hunc locũ. Sicut
alij q̃ pręſtãtibꝰ ingenijs ĩ vita hũana diuĩa ſtudia colu
erũt. Hoc ſonitu cõplete aures hoĩm obſurduẽ. Nec ẽ
vllꝰ hebetior ſenſus in voƀ ſicut vbi nilus ad illa loca q̃
catadu ppa noĩant pręcipitat ex altis mõtibꝰ, ea gens q̃
illũ locũ accolit ꝓpẽ magnitudinẽ ſonitꝰ ſenſu audiẽdi
caret. Hic ṽo tãtus ẽ totiꝰ mũdi incitatiſſima cõuerſio
ne ſonitꝰ. vt eũ aures hoĩm capeꝛe nõ poſſint. ſicut ĩtueri
ſolẽ aduerſum neq̃tis eiuſqꝫ radijs acies veſtra ſenſuſ-
qꝫ vincĩ. Hęc ego admirans referebã tñ oculos ad ter
rã identidẽ. Tum Africanꝰ inq̃t. Sentio te ſedẽ ⁊ iã
nũc hoĩm domũ cõtemplari. Quę ſi tibi ꝑua vt ẽ ita vi
dẽ. hęc cęleſtia ſemꝑ ſpectato. illa humana cõtemnito.
Tu eñ quã celebritatẽ ſermonis hoĩm. aut quã expetẽ
dã gloriã cõſeq̃ potes Vides habitari raris ⁊ anguſtis
locis. ⁊ in ipſis q̃ſi maculis vbi habitaẽ vaſtas ſolitudi
nes intiectas. hoſqꝫ qui incolũt terrã nõ mõ intruptos
ita eẽ. vt nihil int̃ ipſos ab alijs ad alios manare poſſit.
Sꝫ ꝑtim obliq̃s. ꝑtimqꝫ trãſuerſos. parti etiã oẽs ad
uerſos voƀ ſtare a quibꝰ ſpectare gloriã certe nullã po-
teſtis. Cernis autẽ eandẽ terrã quaſi quibuſdã redimi
tã ⁊ circũdatã cingulis. e quibꝰ duos maxĩe int̃ ſe diuer
ſos. ⁊ cœli verticibꝰ ipſis ex vtrapꝫ parte ſubnixos ob-
riguiſſe pruina vides. Medium autez illum ⁊ maximũ
ſolis ardore torreri. Duo ſunt habitabiles. quorum au-
ſtralis ille in quo qui inſiſtũt aduerſa vobis vrgent ve
ſtigia. nihil ad veſtrum genꝰ. Hic autem alter ſubiectꝰ
aquiloni quem incolitis. cerne q̃ꝫ tenui vos parte con-
tingat. Omnis enim terra quę colitur a nobis angu-
ſtata verticibus lateribus latior parua quędam inſu-
la eſt circumfuſa illo mari quod atlanticum. quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

magnum.quem oceanum appellatis ĩ terris. qui tamē
tanto nomine q̄ ſit paruꝰ vides. Ex his cultis notiſqȝ
terris.nnm aut tuū. aut cuiuſqȝ noſtrū nomē vel cau
caſum hunc quem cernis trāſcendere potuit. vel illum
gangen trāſnatare. Quis in reliquis oriētis aut obeun
tis ſolis vltimis.aut aquilonis auſtrive partibus tuū
nomen audiet. Quibꝰ amputatis cernis ꝓfecto quātis
in anguſtijs veſtra ſe gloria dilatari velit. Ipſi autem
qui de vobis loquent̄. quādiu loquētur? Quinetiam ſi
cupiat ꝓles illa futuroꝝ hominū deinceps laudes vni
uſcuiuſqȝ noſtrum a patribꝰ acceptas poſteris ꝓdere.
tamen ꝓpter eluuiones exuſtioneſqȝ terrarum q̄s acci
dere tempore certo neceſſe eſt.nō modo nō ęternam.ſed
ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumꝰ. Quid
autem intereſt ab his qui poſtea naſcent̄ ſermonem fo
re de te.cum ab his nullꝰ fuerit qui an̄ te nati ſunt.q̄ nec
pauciores ꝛ certe meliores fuere viri. cū pręſertim apᵭ
eos ipſos a quibꝰ audiri nomen noſtrum poteſt. nemo
vnius anni memoriam cōſequi poſſit. Homies em̄ po
pulariẗ annū tantūmodo ſolis id ē vniꝰ aſtri reditū me
tiunt̄. Cū aūt ad idē vn̄ ſemel ꝑfecta ſunt cūcta aſtra
redierīt.eandēqȝ totiꝰ cœli deſcriptionē longis īteruallꝭ
retulerīt.tū ille vertēs ān̄ꝰ appellari p̄t.in q̄ dicē vix au
deo q̄m multa ſęcula hoīm teneant̄. Nāqȝ vt oli deficē
ſol oībꝰ extinguiqȝ viſus ē.cū Romuli animꝰ hęc ipſa ī
tēpla penetrauit.qn̄ ab eadē ꝑte ſol eodēqȝ tꝑe defecerit
tū ſignis oībꝰ ad idē principiū ſtelliſqȝ reuocatis exple
tum annū habetote. Huiꝰ q̄dē anni nōdū viceſimā ꝑtē
ſcito eſſe cōuerſam. Quocirca ſi reditū ī hūc locū deſpe
raueris in q̄ oīa ſunt.magnis ꝛ ꝓſtātibꝰ viris. q̄nti tan
dem eſt iſta hoīm gloria.q̄ ꝑtinē vix ad vniꝰ anni ꝑtē exi
guam poteſt. Igitur alte ſpectare ſi voles atqȝ ad hanc
ſedem et ęternam domum cōtueri.neqȝ te ſermonibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

vulgi dederis. nec in premijs humanis ſpem poſueris
rerum tuarum. ſuis te oportet illecebris ipſa virtꝰ tra-
hat ad verum decus. Quid de te alij loquantur ipſi vi-
deant. ſed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille
et anguſtijs cingitur his regionum. quas vides. nec vn
quam de vllo perennis fuit. ⁊ obruitur hominū interi-
tu. et obliuione poſteritatis extinguitur. Que cum di-
xiſſet. ego vero inquam Africane. ſiquidem bene meri-
tis de patria quaſi limes ad cœli aditum patet. q̄q̄ a pu
ericia veſtigijs ĩgreſſus patrijs ⁊ tuis decori veſtro nō
defui. nūc tamen tāto premio expoſito enitar multo vi
gilantius. Et ille. Tu vero enitere. ⁊ ſic habeto te non
eſſe mortalem. ſed corpus hoc. Neqꝫ enim tu is es quē
forma iſta declarat. ſed mens cuiuſqꝫ is eſt quiſqꝫ. non
ea figura que digito monſtrari poteſt. Deum te igitur
ſcito eſſe. ſiqdē deꝰ ē q̄ viget q̄ ſentit q̄ memīt. q̄ p̄uidet. q̄
tā regit ⁊ moderatᷣ et mouet hoc corpus cui p̄poſitꝰ eſt.
quam hūc mūdū ille princeps ex q̄dā parte mortalē ip-
ſe deus eternus. ſic fragile corpus animus ſempiternꝰ
mouet. Nā quod ſemp̱ mouetur eternū eſt. quod autē
motū affert alicui. ⁊ quod ipſum agitatur aliunde qū
finē habet motus viuēdi finē habeat neccē eſt. Solū igi
tur quod de ſe mouetᷣ. quia nunq̄ꝫ deſeritᷣ a ſe. nunq̄ꝫ ne
moueri qdē deſinit. quinetiā cunctis q̄ mouentᷣ hic fōs
hoc principiū eſt mouēdi. principio aūt nulla eſt origo.
Nā ex principio oriuntᷣ oīa. ip̄m aūt nulla ex re alia na
ſci p̄t. Nec ēnī eſſet id principiū quod gigneretᷣ aliūde.
Qd ſi nunq̄ꝫ oritᷣ. nec occidit qdē vnq̄ꝫ Nā principium
extinctum nec ipſum renaſceretᷣ ab alio. nec ex ſe aliud
creabit. Siquidem neceſſe eſt a principio omnia oriri.
Ita fit vt motus principium ex eo fit. quod ipſum a ſe
mouetur. Id autem nec naſci poteſt. nec emori. vel cōci
dat omne cœlū. oīſqꝫ natura. ⁊ conſiſtat neceſſe eſt. nec
vim vllam nanciſcatur que a primo ĩpulſu moueatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Cum pateat igitur æternum id eſſe quod a ſe moueat᷑. quis hãc naturam animis tributam eſſe neget. Inanimum eſt enim omne quod pulſu agitat᷑ externo. Quod autem animal eſt. id pulſu cietur interiori ⁊ ſuo. Nam hæc eſt natura ꝓpria animi atqꝫ vis. quæ ſi eſt vna ex omnibꝰ quæ ſeſe moueat. neqꝫ nata eſt certe ⁊ æterna ẽ Hãc tu exerce in optimis rebꝰ. Sũt autem optimæ curæ de ſalutæ patriæ. quibꝰ agitatus ⁊ exercitatꝰ animꝰ velocius in hãc ſedem ⁊ domum ſuam peruolabit. Id eo qꝫ ocius faciet. ſi iam tũc cum erit incluſus in corpore eminebit foras. ⁊ ea quæ extra ſunt cõtemplans q̃maxime a corpe ſe abſtrahet. Namqꝫ eoꝝ animi qui ſe corporis voluptatibꝰ dediderũt. earumqꝫ ſe quaſi miſtros præbuere. impulſuqꝫ libidinũ voluptatibꝰ obedientiũ deorum ⁊ hominum iura violauere. corporibꝰ elapſi circum terram ipſam volutãtur. nec in hũc locũ niſi multis exagitati ſæclis reuertunt᷑. Ille diſceſſit. Ego ſomno ſolutus ſum.

Marcij Tullij Ciceronis Paradoxa.

Animaduerti Brute ſæpe Catonem auũculum tuũ cum in ſenatu ſentẽtiam diceret. locos graues ex philoſophia tractare. abhorrẽtes ab hoc vſu forenſi ⁊ publico. ſꝫ dicendo cõſequi tamẽ vt illa etiam populo ꝓbabilia viderent᷑. Qd̃ eo maius eſt illi. quã aut tibi aut nobis. quia nos ea philoſophia plus vtimur quæ peperit dicẽdi copiam. ⁊ in qua dicũtur ea quæ nõ multum diſcrepãt ab opinione populari. Cato autem perfectꝰ mea ſentẽtia ſtoicus et ea ſentit quæ nõ ſane ꝓbant᷑ in vulgus. ⁊ in ea eſt hereſi. quæ nullum ſequit᷑ florem orationis. neqꝫ dilatat argumẽtum. ſꝫ minutis interrogatiunculis ⁊ quaſi punctis. quod ꝓpoſuit efficit. ſed nihil eſt tam incredibile qd̃ nõ dicendo fiat ꝓbabile. nihil eſt tam horridum. tam incultum. quod nõ ſplẽdeſcat oratione. ⁊ tanq̃ excolatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Quod cum ita putarem feci etiam audacius q̃ ille ipſe
de quo loquor. Cato enĩ dũtaxat de magnitudine ani-
mi. de cõtinẽtia. de morte. de omni laude ꝟtutis. de dijs
immortalibꝰ. de charitate patriæ ſtoice ſolet nullis ora
torijs ornamẽtis adhibitis dicere. Ego autem illa ipſa
quæ vix in gymnaſijs ⁊ in ocio ſtoici ꝓbant. ludẽs cõie
ci in cõmunes locos. Quæ quia ſunt admirabilia. ꝯtra
qꝫ opinionem omnium. ab ipſis etiam paradoxa appel-
lant. tentare volui. poſſent ne ꝑferri in lucem. id eſt in
forum. ⁊ ita dici vt probarẽtur. an alia quædã eſſet eru
dita. alia popularis oratio. Eoqꝫ ſcrpiſi libẽtius. quod
mihi iſta paradoxa quæ appellãtur. maxime vident eſſe
ſocratica. longeqꝫ veriſſima. Accipies igitur hoc paruũ
opuſculum lucubratum his iam cõtractioribus nocti-
bus. quoniam illud maiorum vigiliarum munꝰ in tuo
nomine apparuit. ⁊ deguſtabis genus exercitationum
mearum. quibus vti cõſueui. cum ea quæ dicũtur in ſco
lis thetica. id ẽ poſſeſſiua ad noſtrum hoc oratorium di
cendi genus. Hoc tantum opus in apertum vt referas
nihil poſtulo. Nõ enim eſt tale vt in arce poni poſſit. q̃
ſi illa minerua phidiæ ſed tantum vt ex eadem officina
exiſſe videatur. in hac eadem figura exiſſe appareat.

Quod honeſtum ſit id ſolum bonum eẽ. Vereor
tamẽ ne cui veſtrum ex ſtoicorum hominum di
ſputationibꝰ. non ex meo ſenſu deprompta hæc videa
tur oratio. Dicam quid ſentio tantum. ⁊ dicam breuiꝰ
quam res tãta dici poſſit. Nunq̃ me hercule ego neqꝫ
pecunias iſtorum. neqꝫ tecta magnifica. neqꝫ opes. ne-
qꝫ imperia. neqꝫ eas quibus maxime aſtricti ſunt volu
ptates. in bonis rebus eſſe numerandas duxi. Quippe
cum viderentur rebus his cõfluentibus. ea tamen deſi
derare maxime quibus abundarẽt. Neqꝫ enim vnquã
expletur. nec ſatiatur cupiditatis ſitis. neqꝫ ea ſolum q̃
habent libidine augendi cruciãtur. ſed etiam amittẽdi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

metu. In quo equidem continẽtiſſimorum hominũ ma
iorum noſtrorum ſepe requiro prudentiam. qui hęc im
becillia ⁊ cõmutabilia pecunię membra ſolo verbo bona
putauerunt appellãda. cum re ac factis longe aliter iu-
dicaſſent. Poteſt ne bonum cuiquam malo eſſe. aut po
teſt quiſquam in abundãtia bonorum ipſe eſſe non bonꝰ
Atqȝ iſta omnia talia videmus. vt etiam improbi habe
ant ⁊ obſint probis. Quamobrem licet irrideat ſi quis
vult. plus apud me tamen vera ratio valebit quam vul
gi opinio. Neqȝ ego vnquam bona perdidiſſe dicam ſi
quis pecus aut ſupellectilem amiſerit. Nec nõ ſepe lau
dabo ſapientem illum Biantem vt opinor qui numera
tur inter ſeptem. Cuius cum quidã patriã prienam ce
piſſet hoſtis ceteriqȝ ita fugerent. vt multa de ſuis rebꝰ
ſecum abſportarent. cum eſſȝ admonitus a quodam vt
idem ipſe faceret. ego vero inquit facio. Nã omnia mea
mecum porto. Ille hęc ludibria fortunę ne ſua quidem
putauit. quę nos appellamus etiam bona. Quid eſt igi
tur queret aliquis bonum? Si quid recte fit ⁊ honeſte.
et cum virtute. id bene fieri vere dicitur. Et quod rectũ
et honeſtum ⁊ cum virtute eſt. id ſolum opinor bonum
Sed hęc videri poſſunt obſcuriora cum lentius diſpu-
tantur. vita atqȝ factis illuſtrãda ſunt ſummorum vi
rorum hęc quę verbis ſubtilius quam ſatis eſt diſputa
ri videntur. Quęro enim a vobis. num illam cogitatio
nem habuiſſe videantur hi qui hanc rempublicam tam
pręclare fundatam nobis reliquerunt. aut auri. aut ar-
genti ad auariciam. aut amœnitatum ad delectationeȝ
aut ſupellectilis ad delicias. aut epularum ad volupta-
tes. Ponite ante oculos vnumquemqȝ regum. vultis
incipere a Romulo. vultis poſt liberam ciuitatem ab
ijs ipſis qui liberauerunt eam. quibus tandem Romu
lus gradibus aſcendit in cœlum. ijs ne quę iſti bona ap
pellant. an rebus geſtis. an virtutibus. Quid autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Numa Pompilius. minuſve gratas dijs immortali-
bus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe. q̃ꝫ delicatas ali
orum pateras arbitramur. Omitto reliquos Sũt eni
omnes partes inter ſe pręter ſuperbum Brutum. Si
quis roget quid egerit in patria liberanda. Si item q̃s
reliquos eiuſdem cõſilij ſocios quid expetiuerint. quid
ſecuti ſint: Nunquis exiſtat. cui voluptas. cui diuitię.
cui deniqꝫ pręter officium fortis ⁊ magni viri quicquã
aliud ꝓpoſitum fuiſſe videat. Quę res ad necem Por-
ſennę. Qu. Mutium impulit ſine vlla ſpe ſalutis ſuę.
Quę vis Coclitem. contra omnes hoſtium copias te-
nuit in ponte ſolum. quę vis patrem Decium. qui filiũ
deuouit. ac immiſit in armatas hoſtium copias. Quid
continentia. C. Fabritij. Quid tenuitas victus. M. cu
rij ſequebatur. Quid duo propugnacula belli punici.
Cn. et. Publium. Scipiones. qui carthaginenſium
aduentum corporibus ſuis intercludendum putaue-
runt. Quid Africanus minor. quid maior. Quid in-
ter horum ętates interiectus Cato. quid innumerabi-
les alij. Nam domeſticis exemplis abũdamus. an cogi-
taſſe quicquam putamus in vita ſibi expetendum. niſi
quod laudabile eſſe ⁊ pręclarum videretur. Veniãt igi
tur irriſores huius orationis ac ſententię etiam vel ip-
ſi iudicent. vtrum ſe horum alicuius. qui marmoreis te
ctis ebore ⁊ auro fulgẽtibus. qui ſignis qui tabulis. qui
cęlato auro ⁊ argẽto. qui corinthijs operibus abundãt
an Fabritij qui nihil eorum habuit. nihil habere voluit.
ſe ſimiles eſſe malint. Atqꝫ hęc quidem quę modo huc.
modo illuc transferũtur. facile adduci ſolent. vt in reb⁹
bonis eſſe negent. Illud tamen arcte tenent. accuratę-
qꝫ defendunt. voluptatem eſſe ſummum bonum. Quę
quidem mihi vox pecudum videtur eſſe nõ hominum.
Tu cum tibi ſiue deus ſiue mater vt ita dicam rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

ommium natura dederit animum. quo nihil eſt pręſtā
tius. neqꝫ diuinius. ſic te ipſe abiicies atqꝫ proſternes.
vt nihil inter te atqꝫ inter quadrupedem aliquid putes
intereſſe. Quicquam ne bonum eſt quod non eum qui
poſſidet meliorem facit. Ut enim quiſqꝫ eſt maxime bo
ni particeps. ita et laudabilis maxime. neqꝫ eſt vllum
bonum de quo non is qui id habeat. honeſte poſſit glori-
ari. Quid autem eſt bonum in voluptate. Meliorem ne
efficit aut laudabiliorem virum. An quiſquam in poti
undis voluptatibus. gloriando ſe etiam prędicatione
effert. Atqui ſi voluptas quę plurimorum patrociniis
defenditur. in rebus bonis habenda non eſt. eaqꝫ quo ē
maior. eo magis mentem ex ſua ſede ⁊ ſtatu dimouet. ꝓ
fecto nihil eſt aliud bene ⁊ beatę viuere. niſi honeſte ⁊ re
cte viuere.

IN quo virtus ſit ei nihil deeſſe ad beate viuendū
Nec vero ego. M. regulum erumnoſum. nec in-
fœlicem nec miſerum vnquam eſſe putaui. Non enim
magnitudo animi eius cruciabatur a penis. non graui
tas. non fides. non conſtantia. non vlla virtus. non de
niqꝫ animus ipſe qui tot virtutum pręſidio munitus.
tantoqꝫ comitatu ſeptus. cum corpus eius caperetur.
capi certe ipſe non potuit. C. vero Marium vidimus
qui mihi ſecundis in rebus vnus ex fortunatis homini
bus. in aduerſis vnus ex ſummis viris videbatur. quo
beatius eſſe mortali nihil poteſt. Neſcis inſane neſcis
quantas vires virtus habeat. nomen tantum virtutis
vſurpas quid ipſa valeat ignoras. Nemo poteſt nō bea
tiſſimus eſſe qui eſt totus aptus ex ſeſe. quiqꝫ in ſe vno
ſua ponit omnia. Cui autem ſpes omnis et ratio ⁊ co-
gitatio pendet ex fortuna. huic nihil poteſt eſſe certi. ni
hilqꝫ quod exploratum habeat permanſurum ſibi qui-
dem vnum diem. eum tu hominem terreto. ſi quem eris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

nactus. iſtiuſmodi mortis aut exilij minis. mihi vero quicquid acciderit in tam ingrata ciuitate. ne recuſanti quidem euenerit non modo non repugnanti. Quid enim ego laboraui. aut quid egi. aut in quo euigilauerūt curę et cogitationes meę. ſiquidem nihil peperi tale nihil conſecutus ſum. vt eo ſtatu eſſem quem neqꝫ fortunę temeritas. neqꝫ inimicorum labefactaret iniuria. Mortem ne mihi minitaris. vt omnino ab hominibus. an exilium. vt ab improbis demigrādum ſit. Mors terribilis eſt ijs. quorum cum vita omnia extinguūtur. Non his quorum laus emori non poteſt. Exilium autem terribile his. quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus. non his qui omnem orbem terrarum vnaꝫ vrbem eſſe ducunt. te miſerię. te erumnę premunt omnes. qui te beatum. qui florentem putas. tuę libidines te torquēt. tu dies nocteſqꝫ cruciaris. cui nec ſat eſt qđ eſt. ⁊ idipſum quod habes ne non diuturnum ſit futurum times. te conſcientię ſtimulant maleficiorum tuorum. te metus exanimant iudiciorum atqꝫ legum. quocumqꝫ aſpexiſti. vt furię. ſic tuę tibi occurrunt iniurię. ſuſpirare quę te libere non ſinunt. Quamobrem vt improbo et ſtulto et inerti nemini bene eſſe poteſt. ſic bonus vir et ſapiens et fortis miſer eſſe nemo poteſt. Nec vero cuius virtus moreſqꝫ laudādi ſunt. eius nō laudanda vita eſt. neqꝫ porro fugienda vita eſt quę laudanda eſt. Eſſet autem fugienda ſi eſſet miſera. Quāobrem quicquid laudabile. idem ⁊ beatum. ⁊ florēs. et expetendum videri debet

PArua inquit eſt. vt magna culpa. Nec eñi peccata rerum euētu. ſed vicijs hominū metenda ſunt In quo peccatur. id poteſt aliud alio maius eſſe. aut minus. ipm̄ qđē illud peccare quoqͦ te verterꝭ vnū ē Auri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

nauem euertat gubernator an paleę in re aliquãtum.in
gubernatoris inſcitia nihil intereſt. Lapſa eſt libido in
muliere ignota.dolor ad pauciores pertinet.quam ſi pe
tulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgīe. Pec
cauit vero nihilominꝰ ſi quidem eſt peccare tanq̄ tran
ſire lineas. quod cum feceris culpa cōmiſſa. quam lon-
ge progrediare cum ſemel trāſieris. ad augendā tranſe
undi culpam nihil pertinet. Peccare certe licet nemi-
ni. Quod autem non licet.id hoc vno tenetur.ſi argui-
tur non licere. Id ſiquidem nec maius nec minus vnq̄
fieri poteſt.quoniam in eo eſt peccatum ſi nō licuit. qđ
ſemper vnum ⁊ idē eſt.quę ex eo peccata naſcātur ęqua
lia ſint oportʒ. Quod ſi virtutes pares ſunt īter ſe. pa
ria eſſe etiam vicia neceſſe eſt. Atqui pares eſſe virtu-
tes.nec bono viro meliorem.nec temperāte temperātio
rem.nec forti fortiorem. nec ſapiēte ſapientiorem poſſe
fieri. facile poteſt perſpici. An virum bonum dicis.qui
depoſitum nullo teſte.cum lucrari impune poſſet. auri
pondo decem reddiderit.ſi idem in decem millibus pon
do auri non idem fecerit. Aut temperantem eum qui ſe
in aliqua libidine continuerit.in aliqua effuderit. Una
virtus eſt cōſentiens cum ratione perpetua conſtātia.
Nihil huic addi poteſt quo magis virtus ſit. nihil de-
niqʒ demi.vt virtutis nomen relinquatur. Etenim ſi
bene facta.recte facta ſunt.⁊ nihil recto rectius eſt. cer-
te nec bono quidem meliꝰ quicquā inueniri poteſt. Se-
quitur igitur vt etiam vicia ſint paria. Si quidem pra
uitates animi recte vicia dicūtur. Atqui quoniam pa-
res virtutes ſunt.recte facta quando a virtutibus pro-
ficiſcūtur.paria eſſe debēt. Itemqʒ peccata quoniam ex
vicijs manāt.ſint ęqualia neceſſe eſt. A philoſophis in
quit iſta ſumis.metuebam ne a lenonibus diceres. So
crates diſputabat iſto modo.bene Hercule narras. Nā

iſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

iſtum doctum ⁊ ſapiētem virum fuiſſe memorię tradi-
tum eſt. Sed tamē quęro ex te quādo verbis inter nos
contēdimus nō pugnis. vtrum potius de bonis eſt quę
rendum. quid baiuli aut operarij an quid homines do-
ctiſſimi ſenſerint. pręſertim cum hac ſententia non mo
do verior. ſed ne vtilior quidem hominum vitę reperiri
vlla poſſit. Quę vis eſt enim quę magis arceat homīes
ab improbitate omni quam ſi ſenſerint nullum in deli-
ctis eſſe diſcrimen. Aeque peccare ſi priuatis. ac ſi ma-
giſtratibus manus inferātur. quamcūqȝ in domum ſtu
prum intulerint eandem eſſe labem libidinis. Nihil ne
igitur intereſt. nam hoc dicit aliquis. patrem quis ne-
cet. an ſeruū. nuda iſta ſi ponas. iudicari qualia ſint. nō
facile poſſunt. Patrem vita priuare ſi per ſe ſcelus eſt
ſaguntini qui parētes ſuos liberos emori quam ſeruos
viuere maluerūt. parricidę fuerūt. Ergo ⁊ parēti nō-
nunqȝ adimi vita ſine ſcelere poteſt. ⁊ ſeruo ſępe ſine in
iuria nō poteſt. Cauſa igitur hęc nō natura diſtinguit.
Quę quando altero acceſſit id ſit propenſius. Si vtro
qȝ adiuncta eſt. paria fiant neceſſe eſt. Illud tamen in-
tereſt quod in ſeruo necando. ſi id fit iniuria. ſemel pec-
catur. in patris vita violanda multa peccantur. Vio-
latur. is qui procreauit. is qui aluit. is qui erudiuit. is
qui in ſede. ac domo. atqȝ in republica collocauit. multi-
tudine peccatorū pręſtat. eoqȝ pena maiore dignus eſt.
Sed nos in vita non quę cuiqȝ peccato pœna ſit. ſed
quantum cuiqȝ liceat ſpectare debemus. Quicquid nō
oportet ſcelus eſſe. quicquid non licet nefas putare de-
bemus. etiam ne in minimis rebus. Si quidem rerum
modum fingere non poſſumus. animorum modum te
nere poſſumus. Hiſtrio ſi paulo ſe mouit extra nu-
merum. aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba ſcilicet
vna breuior aut longior exſibilatur exploditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

In vita quę omni geſtu moderatioꝛ. omni verſu apti-
oꝛ eſſe debet vna in ſyllaba te peccaſſe dices. poetam nō
audio in nugis. in vitę ſocietate audiam ciuem digitis
peccata dimetientem ſua. quę ſi viſa ſint breuioꝛa. leui-
oꝛa qui poſſint videri. cum quicquid peccatur. pertur-
batione peccetur rationis atqꝫ oꝛdinis. perturbata au
tem ſemel ratione ⁊ oꝛdine. nihil poſſit addi quo magꝭ
peccari poſſe videatur.

OMnes ſtultos inſanire. Ego vero te non ſtultū.
vt ſępe. non improbum vt ſemper. ſed dementem
et inſanum rebus addicam neceſſarijs. Sapientis ani-
mus magnitudine cōſilij. tolerantia rerum humanarū
contemptione fortunę. virtutibus deniqꝫ omnibus vt
mœnibus ſeptus vincetur ⁊ expugnabitur. qui nec ci-
uitate quidem pelli poteſt. Quę ē enim ciuitas? omnis
ne cōuentus etiam feroꝛum ⁊ immaniū. omnis ne eti-
am fugitiuoꝛum ac latronum congregata vnum in lo-
cū multitudo. Certe negabis Non igitur erat illa tum
ciuitas cum leges in ea nihil valebant. cum iudicia iace
bant. cum mos patrius occiderat. cum ferro pulſis ma
giſtratibus. ſenatus nomen in republica non erat. prę-
donum ille concurſus. ⁊ te duce latrocinium in foꝛo cō
ſtitutum. ⁊ reliquię coniurationis a Catilinę furijs ad
tuum ſcelus furoꝛemqꝫ cōuerſę. non ciuitas erat. Ita-
qꝫ pulſus ego ciuitate non ſum quę nulla erat. accerſitꝰ
in ciuitatem ſum. vt eſſet in republica conſul. qui tum
nullus fuerat. eſſetqꝫ ſenatꝰ qui tum occiderat. eſſet cō
ſenſus populi liber. eſſet iuris. ęq̄tatis. quę vincula ſunt
ciuitatis. repetita memoꝛia. At vide q̄ꝫ iſta tela contem
pſerim. Iactam ⁊ immiſſam a te nefariam in me iniuri
am ſemper duxi. ꝑueniſſe ad me nunq̄ꝫ putaui. Niſi foꝛ
te cum parietes diſturbabas. aut cum tectis ſceleratas
faces inferebas. meoꝝ aliquid ruere aut deflagrare ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

bitrabare. Nihil neqz meum eſt neqz cuiuſquam quod
auferri. quod eripi. quod amitti poteſt. Si mihi eripuiſ
ſes diuinam animi cōſtātiam. meas curas. vigilias. cō/
ſilia in remp. ſi huius ęterni beneficij immortalem me/
moriam deleuiſſes. multo etiam magis. ſi illam mētem
vnde hec conſilia manarunt. mihi eripuiſſes. tum ego
accepiſſe me confiterer iniuriam. Sed ſi hęc nec fe/
ciſti nec facere potuiſti. reditum mihi glorioſum tua
dedit iniuria. non exitum calamitoſum Ergo ego ſem/
per ciuis. ⁊ tum maxime cum meam ſalutez ſenatus ex
teris nationibus vt ciuis optimi commēdabit. Tu ne
nunc quidem es ciuis. niſi forte idem hoſtis eſſe et ciuis
poteſt. An tu ciuem ab hoſte natura ac loco nō animo
factiſqz diſtinguis. Cędem ī foro feciſti. armatis latro
nib⁹ templa tenuiſti. priuatorum domos ędeſqz ſacras
incendiſti. Cur hoſtis ſpartatus. ſi tu ciuis. Potes au
tem eſſe tu ciuis. propter quem aliquando ciuitas non
fuit. ⁊ me exulem tuo nomine appellas. cū omnes meo
diſceſſu exulaſſe remp. putent. Nunqȝ ne homo amen/
tiſſime te cirumſpicies. Nunqȝ nec quid facias conſide
rabis. nec quid loquare Neſcis exilium ſcelerum eſſe pe
nam. meum illud iter ad pręclariſſimas res a me añ ge/
ſtas eſſe ſuſceptum. Omnes ſcelerati atqz impij. quorū
tu te ducem eē profiteris. quos leges exilio affici volūt
exules ſunt. etiam ſi ſolum non mutauerint An cū om
nes te leges exulem eſſe iubeant. non eris tu exul. Non
appellatur inimicus qui cum telo fuerit āte ſenatum.
tua ſica deprehenſa eſt. qui hominē occiderit. tu plurimos
occidiſti. qui incendium fecerit. ędes nympharum ma/
nu tua deflagrauit. qui templa deorum occupauerit. in
foro caſtra poſuiſti. Sed quid ego cōmunes leges profe
ro. quibus omnib⁹ es exul. familiariſſim⁹ tuus de te pri
uilegium tulit. vt ſi in opertum bonę deę acceſſiſſes exu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

lares. At te id feciſſe etiã gloriari ſoles. Quomodo igi-
tur tot legibus in exilium eiectus nomen exulis non
perhorreſcis. Romę ſum inquis. et tu quidem in portu
fuiſti. Non igitur vbi quiſqz erit. eius loci ius tenebit.
ſi ibi eum legibus eſſe non oportebit

Omnes ſapientes liberos eſſe. et ſtultos omnes ſer
uos. Laudetur vero hic imperator. aut etiam ap
pelletur. aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo
aut cui tandem hic libero imperabit. qui non poteſt cu-
piditatib9 ſuis imperare. Refrenet primum libidines.
ſpernat voluptates. iracundiam teneat. coerceat auari
ciam. cęteras animi labes repellat. tum incipiat alijs im
perare. cũ ipſe improbiſſimis dominis. dedecori ac tur-
pitudini parere deſierit. Dum quidem his obediet. non
modo imperator. ſed liber habendus omnino non erit.
Pręclare enim eſt hoc vſurpatum a doctiſſimis. quo-
rum auctoritate non vterer. ſi mihi apud aliquos agre
ſtes hęc dicenda eſſet oratio. Cum vero apud prudẽtiſ
ſimos loquar quibus hęc inaudita non ſunt. cur ego ſi-
mulem me ſi quid in his ſtudijs operę poſuerim perdi-
diſſe. Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis viris. niſi ſapi
entem liberum eẽ neminẽ. Quid ẽ enim libertas. Po
teſtas viuẽdi vt velis. Quis igitur viuit vt vult. niſi
qui recta ſequitur. qui gaudet officio. cui viuẽdi via cõ
ſiderata atqz prouiſa eſt. qui legibus quidem. non ꝓpter
metum paret. ſed eas ſequitur atqz colit. quia id ſaluta
re maxime eẽ iudicat qui nihil dicit. nihil facit. nihil co
gitat deniqz. niſi libẽter ac libere. cui9 omnia cõſilia. res
qz omnes quas gerit ab ipſo ꝓficiſcũtur. eodemqz ferũ
tur. Nec eſt vlla res quę plus apud eum polleat quam
ipſius volũtas atqz iudicium. Cui quidem etiam quę
vim habere maximam dicitur. fortuna ipſa cedit. ſicut
ſapiens poeta dixit. ſuis ea quiſqz fingitur moribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Soli igitur hoc contingit ſapienti. vt nihil faciat inui-
tus. nihil dolens. nihil coactus. Quod ⁊ ſi ita eſſe pluri
bus verbis diſſerēdum eſt. illud tamen ⁊ breue et conſi
tendum eſt. niſi qui ita ſit affectus' eſſe liberum neminē
Igitur omnes ı̄probi ſerui. nec tam hoc re eſt. ꝙ̄ dictu
inopinatum atqꝫ mirabile. Non em̄ ita dicunt eos eſſe
ſeruos. vt mancipia que ſunt dominoꝝ̄ facta nexu aut
aliquo iure ciuili. ſed ſi ſeruit⁹ ſit ſicut eſt obedientia fra
cti animi ⁊ abiecti. ⁊ arbitrio carentis ſuo. quis neget
omnes leues. omnes cupidos. omnes deniqꝫ improbos
eſſe ſeruos. An ille mihi liber videtur cui mulier impe-
rat. cui leges imponit. pręſcribit. iubet. vetat. quod vide
tur. qui nihil imperāti negare poteſt. nihil recuſare au-
det. poſcit dandum eſt. vocat veniendum. eijcit abeun-
dum. minatur extimeſcendum. Ego vero iſtum nō mo
do ſeruum. ſed nequiſſimum ſeruū etiam ſi in ampliſſi-
ma familia natus ſit. appellādum puto. Atqꝫ vt in ma
gna familia ſtultorum. ſunt alij lautiores. vt ſibi viden
tur ſerui. ſed tamen ſerui atrienſes ac copiarum ſtulti-
cię ſuę ſunt. quos ſigna. quos tabulę. quos cęlatum ar-
gentum. quos corinthia opera. quos ędificia magnifica
nimio opere delectant. ⁊ ſumus inquiunt principes ci-
uitatis. vos vero ne ſeruorum quideꝫ veſtrorum prin
cipes. Sed vt in familia qui tractant iſta qui tergunt.
qui vngunt. qui vertūt. qui ſpargunt. non honeſtiſſimū
locum ſeruitutis tenent. Sic in ciuitate qui ſe iſtarum
rerum cupiditatibns dediderūt. ipſius ſeruitutis locū
pene infimum optinent. Magna inquit bella geſſi. mag
nis imperijs ⁊ prouincijs pręfui. Gere igitur animum
laude dignum. Actionis tabula te ſtupidum detinet.
aut ſignum aliquod polycleti Mitto vnde ſuſtuleris.
et quomodo habeas. intuentem te. admirantem. clamo-
tes tollētem cum video ſeruum te eſſe ineptiarum om

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

nium iudico. Nōne igitur sunt illa feſtiua. Sint. Nā
nos quoqꝫ oculos eruditos habemus. Sed obſecro te.
ita venuſta habeantur iſta. non vt vincula viroꝝ ſint.
ſed vt oblectamenta puerorum. Quid em̄ cenſes. ſi. L.
Mūmius aliquem iſtorum videret Matellionem corin
thium cupidiſſime tractātem. cum ipſe totam corinthū
contempſiſſet. vtrum illum ciuem excellentem. au atri-
enſem ſeruū diligentem putaret. Reuiuiſcat. M. Curi
us aut eorum aliquis quoꝝ in villa ac domo nihil ſplē-
didum. nihil ornatum fuit pręter ipſos. Et videant ali
quem ſummis populi beneficijs vſum barbatulos mul
lulos exceptātem de piſcina ⁊ pertractātem. ⁊ murena
rum copia gloriantem. Nonne hunc hominem ita ſer-
uū iudicet. vt ne in familia quidem dignum maiore ali
quo negocio putet. An eorum ſeruitꝰ dubia eſt. qui cu-
piditate peculij nullam cōditionem recuſant duriſſimę
ſeruitutis Hęreditatis ſpes quid iniquitatis in ſeruiē-
do non ſuſcipit. Quem nutum locupletis orbi ſenis nō
obſeruat. loquitur ad volūtatem. quicq̄d denunciatum
ſit. facit. aſſentatur. aſſidet. miratur. Quid horum eſt li-
beri. quid deniqꝫ niſi ſerui non inertis. quid iam illa cu
piditas quę videtur eē liberior. honoris. imperij prouin
ciarum. quam dura eſt domina. quam imperioſa quam
vehemens Cethego homini nō probatiſſimo ſeruire coe
git eos. qui ſibi eſſe ampliſſimi videbant. munera mitte
re. noctu venire domum ad eum. precari deniqꝫ ſuppli-
care. Quę ſeruitus eſt ſi hęc libertas exiſtimari poteſt.
Quid cum cupiditatum dominatus exceſſit. ⁊ alius eſt
dominus exortꝰ ex conſcientia peccatoꝝ timor q̄ eſt il
la miſera. q̄ dura ſeruitus. adoleſcentibus paulo loqua
cioribus eſt ſeruiendum. omnes qui aliquid ſcire viden
tur tanq̄ domini timentur. Iudex vero quātum habet
dominatū. quo timore nocentes afficit. An non eſt om

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

nis metus ſeruitus. Quid volet igitur illa eloquentiſſi
mi viri. L. Craſſi copioſa magis q̃ꝫ ſapiens oratio. eripi
te nos ex ſeruitute. Quę eſt iſta ſeruitus tam claro ho-
mini tamqꝫ nobili. Omnis enim animi debilitata ⁊ hu-
milis ⁊ fracta timiditas ſeruitꝰ eſt. Nolite ſine re vos
cuiq̄m ſeruire. In libertatem vindicari vult. Minime.
Quid enim adiungit. niſi vobis vniuerſis. dominum
mutare. non liber eſſe vult. quibus ⁊ poſſumꝰ et ſeruire
debemus. Nos vero ſiquidem animo excelſo et alto et
virtutibus exaggerato ſumus. nec debemus. nec poſſu-
mus. Tu poſſe te dicito quoniam quidem potes. debe-
re ne dixeris. quoniam nihil quiſquā debet. niſi quod eſt
turpe non reddere. ſꝫ hęc hactenus. Ille videat quomo
do imperator eſſe poſſit. cum eum ne liberum quidē eſſe.
ratio ⁊ veritas ipſa cōuincat

Quod ſolus ſapiens diues ſit. Quę eſt iſta in cō-
memorandę pecunię tua tam inſolens oſtenta-
tio. ſolus ne tu diues. proh dij immortales. Ego
ne me audiſſe aliquid et didiciſſe non gaudeam. Solus
ne tu diues. Quid ſi ne diues quidem. Quid ſi pauper
etiam. Quem enim intelligimus diuitem. aut hoc ver-
bum in quo homine ponimus. Opinor in eo cui tan-
ta poſſeſſio eſt. vt ad liberaliter viuendum facile con-
tentꝰ ſit. qui nihil quęrat. nihil appetat. nihil optet am
plius. Animus enim tuus oportet ſe iudicet diuitem.
non hominum ſermo. neqꝫ poſſeſſiones tuę. et qui ni-
hil ſibi deeſſe putat. nihil curat ampliꝰ. ſaciatus es aut
contentus etiam pecunia. concedo diues es. Si autem
propter auiditatem pecunię nullum quęſtum turpem
putas. cum iſti ordini. ne honeſtus quidem eſſe poſ-
ſit vllus ſi quottidie fraudas. decipis. poſcis. pacici-
ſceris. aufers. eripis. ſi ſocios ſpolias. ærarium expi-
las. ſi autem teſtamenta tuorum amicorum expetis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

aut ne expetis quidem.atqꝫ ipſe ſupponis. hęc quidem
vtrum abundãtis án egentis ſigna ſunt Animꝰ homi-
nis diues.non arca appellari ſolet. Quãuis illa ſit ple-
na dum te inanem videbo.diuitem nõ putabo. Etenim
ex eo quãtum cuiqꝫ ſatis eſt metiuntur homines diuiti
arum modum Filiam quis habet pecunia eſt opus Du
as.maiore.Plures.maiore. etiam vt aiũt danai quin-
quaginta ſint filię. tot dotes magnam quęrũt pecuniã.
Quantum enim cuiqꝫ opus eſt ad id accõmodatur vt
ante dixi diuitiarum modus.Qui igitur plures nõ fili
as ſed innumerabiles cupiditates habet. quę breui tem
pore maximas copias exhaurire poſſint.hũc quãdo ego
appellabo diuitem.cum ipſe egere ſe ſentiat.Multi ex te
audierunt cum diceres neminem eſſe diuitem niſi qui
exercitum alere poſſet ſuis fructibus.quod.p.r.ex tan-
tis vectigalibus iam pridem vix poteſt.Igitur hoc pro
poſito nunq̄ꝫ eris diues anteq̄ꝫ tibi ex tuis poſſeſſiõibꝰ
tantũ reficiatur vt eo tueri ſex legiones ⁊ magna equi
tum ac peditum auxilia poſſis.Iam fateris igitur non
eſſe te diuitem cui tantum deſit. vt expleas id quod ex-
optas.Itaqꝫ iſtam paupertatem.vel potius egeſtatem
ac mendicitatem tuam nunquam obſcure tuliſti Nam
vt his qui honeſte rem quęrunt. mercaturis faciendis.
operis dandis.publicis ſumendis.intelligimꝰ opus eſſe
quęſito. ſic qui videt domi tuę pariter accuſatorũ atqꝫ
iudicum cõſociatos greges.qui nocẽtes ⁊ pecunioſos
reos codeꝫ te autore corruptelam iudicij mollientes. q̄
tuas mercedum pactiones in patrocinijs interciſas pe
cuniaꝝ.in concionibꝰ cãdidatoꝝ.dimiſſiones libertoꝝ.
ad fœnerandas diripiẽdaſqꝫ ꝓuincias. qui expulſiões
vicinorum.qui latrocinia in agris.qui cum ſeruis.cum
liberis.cum clientelis ſocietates. qui poſſeſſiones vacu
as. qui proſcriptiones locupletium. qui cędes munici-
piorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

piorum. qui illam ſyllani temporis meſſem recordetur
qui teſtamēta ſubiecta tot.qui ſublatos homīes. qui de
niqȝ omnia venalia delectum.decretum.alienam ſuam
ſentētiam.forum.domum.vocem.ſilentium.quis hunc
non putet cōfiteri ſibi quęſito opꝰ eſſe. Cui quęſito aūt
opus ſit.quis vnq̄ȝ hunc vere dixerit diuitem. Etenim
diuitiarum eſt fructꝰ in copia. Copiam autem declarat
ſatietas rerum atqȝ abūdantia.quam tu qm̄ nunq̄ȝ aſ-
ſequere.nunq̄ȝ omnino es futurꝰ diues. Meam autem
quoniam pecuniam cōtemnis.⁊ recte.eſt enim ad vul-
gi opinionem mediocris.ad tuam nulla. ad meam mo-
dica.de me ſilebo.de te loquar.ſi cenſenda nobis ſit.atqȝ
ęſtimāda res eſt. vtrum tandē pluris ęſtimemꝰ pecuni
am Pyrrhi. quam Fabritio dabat.an cōtinentiam Fa
bricij.qui illam pecuniam repudiabat.vtrum aurū ſam
nitium.an reſponſum.M.curij.Hęreditatem.L.pauli.
an liberalitatem Africani.qui eiꝰ hęreditatis.Qu.ma-
ximo fratri partem ſuam cōceſſit. hęc ꝓfecto quę ſunt
ſummarum virtutum.pluris ęſtimāda ſunt.q̄ȝ illa quę
ſunt pecunię. Quis igit̄.ſiquidem vt quiſqȝ qd plurimi
ſit poſſideat ita ditiſſimꝰ habēdus ſit dubitet.quin ī vir
tute diuitię ſint. qm̄ nulla poſſeſſio.nulla vis auri ⁊ ar
genti pluris q̄ȝ virtus ęſtimanda eſt. O dij immortales
nō intelligūt homines q̄ȝ magnum vectigal ſit parſimo
nia. Venio em̄ iam ad ſumptuoſos.relinquo iſtū quę-
ſtuoſum. Capit ille ex ſuis prędijs ſexcenta ſextercia.
Ego centena ex meis. Illi aurata tecta in villis.⁊ ſola
marmorea faciēti.⁊ ſigna tabulas. ſupellectilem.et ve-
ſtem infinite cōcupiſcenti.non modo ad fructum ille eſt
ſumptus. ſȝ etiam ad fœnꝰ exiguus. Ex meo tenui ve-
ctigali detractis ſumptibꝰ cupiditatis.aliquid etiam re
dūdabit. Uter igit̄ eſt ditior cui deeſt.an cui ſuperat. q̄
eget.an qui abūdat.cui poſſeſſio quo eſt maior. eo plus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

requirit ad ſe tuendam. an quę ſuis ſe viribus ſuſtinet.
Sed quid ego de me loquor. qui morum ac temporum
vicio aliquantum etiam ipſe fortaſſe in huius ſeculi er-
rore verſer. M. Manliꝰ patrum noſtrorum memoria.
Ne ſemper curios ⁊ luſcinios loquamur pauper tan-
dem fuit. habuit enim ędiculas ī carinis. ⁊ fundum in
lauicano. Nos igitur ditiores ſumus qui plura habe-
mus. Utinam quidem eſſemus. Sed non ęſtimatione
cenſus. verum victu atqꝫ cultu. termīatur pecunię mo
dus. non eſſe cupidum pecunia eſt. non eſſe emacem ve
ctigal eſt Contentum vero ſuis rebꝰ eſſe. maxime ſunt
certiſſimeqꝫ diuitię. Etenim ſi iſti callidi rerum ęſtima
tores. prata ⁊ areas quaſdam magni ęſtimāt quod ei ge
neri poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt. quanti
eſt ęſtimanda virtꝰ quę nec eripi. nec ſurripi poteſt. ne-
qꝫ naufragio. neqꝫ incendio amittitur. nec tempeſtatū
nec temporum permutatione mutatur. qua prędıti qui
ſunt. ſoli ſunt diuites. Soli enim poſſidēt res ⁊ fructu
oſas ⁊ ſempiternas. ſoliqꝫ quod eſt ꝓprium diuitiarum
contenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putant quod eſt.
nihil appetunt. nulla re egent. nihil ſibi deeſſe ſentiunt.
nihil requirunt. Improbi autē ⁊ auari quoniam incer
tas atqꝫ in caſu poſitas poſſeſſiones habent. ⁊ plus ſem
per appetunt. nec eorum quiſquam adhuc inuentus eſt
cui quod haberet eſſꝫ ſatis. non modo non copioſi ac di
uites. ſed etiam inopes ac pauperes ęſtimandi ſunt

Marci Tullij Paradoxa hic
finiuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

VErſus duodecim ſapiẽtum. ſcʒ Baſilÿ. Aſmenÿ. Ipomannÿ. Euforbÿ Iuliani Hilaſÿ. Palladÿ. Aſclepiadÿ. Euſtenÿ. Põpeliani. Maximini. ꝛ Vitalis poſiti in epithaphio Marci Tullÿ Ciceronis

Baſilius

Hic iacet arpinas manibus tumulatꝰ amici.
Qui fuit orator ſummus ꝛ eximius.
Quem neci crudeli mactauit ciuis ꝛ hoſtis
Nil agis antoni ſcripta diſerta manent.
Vulnere nempe tuo ciceronem cõficis. at te
Tullius æternis vulneribus lacerat

Aſmenius

Corpꝰ in hꝫ tumulo magni Ciceronis hũatũ.
Contegitur claro qui fuit ingenio
Quiqꝫ mal’ ꝯuis hoſtis erat tutorqꝫ bonoꝝ
Quo pene indigna conſule roma fuit
Sed vigili cura deiectis hoſtibus vrbem
Supplicioqꝫ datis p̃ſtitit incolumẽ.

Ipomannius.

Vnicus orator lumenqꝫ decuſqꝫ ſenatus
Seruator patriæ conditor eloquÿ
Cuius ab ingenio tandem illuſtrata perenni
Lumine p̃claro lingua latina viget
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tullius ac tumulo ſubditus exiguo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Euforbius

Quicūqȝ in libris nomē ciceronis adoras
Aſpice quo iaceat conditus ille loco.
Ille vel orator. vel ciuis maximus idem
Clarus erat facie clarior eloquio.
At ne quid fortuna viro nocuiſſe putetur.
Viuit et æternum docta per ora volat.

Julianus

Marcus eram Cicero toto notiſſimus orbe
Cuius relliquias occulit vrna breuis
Dextera me patriæ nup ciuilis ademit
Eripui patriam qui prius exitio.
Si quis in hoc ſaxo tulli legis aduena nomē.
Non dedigneris dicere. marce vale.

Hylaſius

Tullius arpinas ex ordine natus equeſtri.
Sed virtute ſua conſul in vrbe fuit.
Quem catilina malus cōiuratiqȝ nocentes.
Senſerunt vigilem ciuibus eſſe ſuis.
Hunc tamē o pietas tres occidere tyranni
At lamia ille ſuo ſuppoſuit tumulo

Palladius

Qui tenet eloquij faſtigia ſumma latini
Qui conſul patriam cædibus eripuit
Quiqȝ trium ſæuo vitam dedit enſe virorꝝ
Tullius extat in hac ipſe ſepultus humo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Sed breuitas vitæ penſatur laude perenni.
Quod mors eripuit gloria reſtituit

Aſclepias

Tulliꝰ hic ſitus eſt venerabile nomē in æuū.
Clarus honore ſimul clarus ⁊ ingenio
Quem ſcelerata neci crudelit̄ arma dederūt
Quod populi vindex ille fidelis erat
Sed nihil infanda ꝓfecit cæde tyrannus
Ingenium viuit corpus inane perit

Euſtenius

Romani princeps populi decꝰ ordinis ampli
Maximus orator ciuis et egregius
Coniuratorꝝ vindex hoſtiſqꝫ maloꝝ
Proſcriptus perijt a tribus ille viris
Qui cæſus grauiter qui detrūcatus acerbe.
Hoc lamiæ debet quod iacet in tumulo

Pompeliann

Doctrinæ antiſtes reꝝ mirabilis auctor
Tullius exiſtens nobilis ex humili
Cui dedit excellens ars oratoria nomen
Virtute ingenij venit in aſtra ſui
Sꝫ fortuna nocens miſerando funere raptū.
Carpſit. et hac voluit membra iacere ſolo.

Maximinus.

Eloquio prīceps magnis memorabilis actis
Tullius indigna cæde peremptus obit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Terras omnipotens impleuit nomine claro.
Ingenium cæſo corpore morte caret
Viuit et ingenti pollet cum laude per orbem.
Cuius in hoc tumulo membra ſepulta iacent

Vitalis

Inclitus hic Cicero lamiæ pietate ſepultus.
Quem fortuna neci tradidit immeritæ
Maximus eloquio ciuis bonꝰ vrbis amator:
Perniciesqꝫ malis perfugiumqꝫ bonis
Qui ſexaginta completis ac tribus annis.
Seruitio preſſam reſtituit patriam

Apollonius rhetor Græcus ſcõm Plutarchum.

Te nempe Cicero et laudo. ꝛ admiror. ſed Græcorum fortunæ me miſeret. cum videam eruditionem et eloquentiam. quæ ſola bonorum nobis relicta erat. per te Romam acceſſiſſe.

Impreſſus Dauentriæ Anno domini. M.CCCC.lxxxix. Decimaoctaua Julij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 36